Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8258
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

e hoc Rx pinguedinis anatis. olei liliorum alborum ana ʒ. j. oleum onfantinum ʒ. ij. rosarum spodij. mastitis. spice nardi. ana ʒ. s. cere albe quantum sufficit. fiat vngentum medioctis mollitiei, et de hoc sic de similibus vngatur spina tota in introitu et exitu lecti actu existente frido in diebus caloris. et calido in diebus frigoris. Tertio enim ego pono linimentum bonum ad eos e hoc Rx mucillaginis sebesten seminum citoniorum ana ʒ. j. olei rosarum ʒ. ij. corallorum alborum et rubeorum ana ʒ. ij. conquassentur simul in mortario longa contritione, et administretur. vt habet sic dicta de intentione vj. ¶ Pro vltimata vero consumptione materierum que iam effuse sunt permittenda, ymo tales materie aut sunt mucose aut trumbose et pettalaydes, aut sunt lapilli, aut arene vel furfuree resolutiones et tumoraydales. In cura itaque primarum superfluitatum que iam effuse sunt evacuationes voles et particulares digerentia et mundificantia renes iam plurima prestita sunt in precedentibus intentionibus, sed vt opus perfectum habeat ¶ hic primo describam quatuor instrumenta que mucosas superfluitates et flegmaticas educunt ab epate emulgentibus et renibus, tales enim superfluitates sunt que in sistant arenulas et efficiunt lapides etc. Secundo vero principaliter ponam octo composita que arenas et lapillos a predictis venis educunt mundificant et preseruant

ab earum generatione et multiplicatione in eis ¶ Primum itaque de educentibus trumbos et flegmata a predictis venis e hoc Rx agarici electi hermodactilorum ana ʒ. j. bedellij mellis et pulpe coloquintide ana ʒ. j. pulverizentur omnia per se. et cum succo apij. fiant pillule, de omnibus ʒ. vij. de quibus patiens a principio die per totum mense maij omni septimana accipiat sex in duabus vicibus vna distante ab alia per quatuor dies. Secundum vero speciale ad istud e hoc Rx liquiritie granorum milij solis nenufare violare ana ʒ. iiij. pulveris hermodactilorum ʒ. viij. turbit electi ʒ. v. folliculorum sene ʒ. vj. mucillaginis sebesten ʒ. v. zuccari sede coctionis ʒ. x. fiat electuarium de quo patiens semper accipiat bis quantitate nucis muscate per mediam horam ante cenam diebus intermedijs assumptione pillularum statim ante scriptarum Et si contingeret quod superueniret ei fluxus ventris magnus tunc dimittat ante scriptas pillulas et solum accipiat hoc electuarium sicut nunc scriptum est. Et iterum si propter hoc electuarium adhuc perciperet exuberantem fluxum ventris tunc non recedat ab ea sed solum accipiat medietatem ipsius Tertium instrumentum e hoc Rx penidiarum ʒ. j. s. zuccari albi ʒ. iij. lapidis spongie subtilissime triti super marmore ʒ. ij. confectionis de sisticis ʒ. iiij. mucillaginis sebesten facte cum aqua saxifrage ʒ. v. fiat electuarium et in fine addatur pulvis cina-